

cuti, dicent: *Jure naturæ* homines obligari ad credendum diligendum, agendumque non ca tantum quæ *sola ratione* bona cognoscuntur, sed quæ auctoritate præcipua constant in libris symbolicis, Confessione Augustana, Catechismo Heidelbergensi &c. Quemadmodum enim nunc Scripturam Sacram ex *Jure naturæ* eliminant, ut Catholicæ religioni officiant, quamvis antehac Scripturæ soli primas in vitæ regula detulerint: sic deinceps Rationem solam, cui nunc totum tribuunt in *Jure naturæ*, ex hoc *Jure* ejicient, ut suum errorum dominantem reddant.

231. Verum Dei optimi maximi permisso factum est, ut idem principium *solius rationis*, quo extinctum iri Catholica sacra omnia sperant, æque sit aptum ad turbandas, extinguendasque respublicas, Magistratus, leges auctoritatem denique qua respublicæ constant & magistratus & imperia & leges. Cum igitur hi scriptores præcipue Principes & magistratus instigent ad ejiciendam Catholicam religionem è republica, ut quæ respublica sola ratione ac *Jure naturæ* regenda sit: Sentient aliquando principes, sibi potius è republica ejicienda esse *Jura naturæ* heterodoxa & larvata; quia si *Jus naturæ* regit respublicam, & *Jus naturæ sola ratione* constat, exclusa auctoritate humana ac divina atque adeo

exclusis legibus, magistratibus & Principibus; sequitur, Principibus ad suam auctoritatem in *Jure naturæ* & republica tuendam necessarium fore, *Jus ce-rebrinum heterodoxum* in exilium mittere, & Religionem Catholicam auctoritatis tutricem sollicitè conservare.

232. Ad hæc in luce ponenda siquid scriptione hac parva contulimus hætenus nos, & si vera diximus, si rei publicæ proficua, meritis humanis præsertim Germaniæ conservandis idonea, animis dum vivant, id est, æternum salutaria, Deo denique Optimo, Maximo Sanctissimo digna, ejusque creaturis & conditioni illarum ab ipso data consentanea, adoremus illius majestatem, cui verum ac bonum omne transferimus alacri quidem mente sed æternum subdita. Sin erravimus, minusque vera quandoque protulimus, homines fuimus, quibus *ratio sola* & nequidem auctoritate multa sustentata sustecit. Scribant & doceant erroribus siqui sunt meis contraria illi, qui errare nequeunt, & qui ex alto nos despiciunt, quorum superciliis est à natura ipsa iniustum principium principiorum hoc:

RATIO SOLA SUFFICIT:

Cui nos humiles experientia magistra parvum addemus lemma hoc:

AD ERRANDUM,

J. O. G. D.

REGNUM RATIONIS HODIERNUM NIHIL PRÆSTANTIUS ESSE VETERE.

*Minimus digitus meus grossior est dorso patris
mei.* III. Regum XII. v. 10.

AUCTORE

P. ANSELMO DESING, O. S. B.
Professo Ensdorf. Congr. Bavar. Eminentiss. Card.
Principis Passaviensis Consiliario.

CUM FACULTATE SUPERIORUM.

Pedeponti, vulgo Stadt am Hof, prope Ratisbonam,
Apud JOANNEM GASTL, Bibliopolam.

1752.

REVERENDISSIMO ET EMINENTISSIMO
S. R. ECCLESIAE CARDINALI

DOMINO DOMINO
JOSEPHO MARCHIONI
PUTEOBONELLO

ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI
ZELOSISSIMO

DIVI CAROLI SUCCESSORI DIGNISSIMO

&c. &c.

HONORIS ERGO

D.

Devotissimus Auctor.

PRIVILEGIUM.

Cum vi Privilegii Imperialis Impressorii generalis perpetui omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis & aliis, quamcunque librariam negotiationem exercentibus serio firmiterque inhibeat, ne quisquam libros a Monachis Congregationis Benedictino - Bavaricæ editos, vel Imposterum edendos, intra S. R. I. fines sive in toto, sive in parte recudere, de novo imprimere, aut sic impressos vendere, distrahere, citra consensum specialem Præsidis generalis ejusdem Congregationis p. t. existentis audeat vel præsumat. Ideo nos BEDA Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Monasterii Wessofontani Abbas, Congregationis Benedictino - Bavaricæ p. t. Præsides generalis &c. D. Joanni Gassl Bibliopolæ Pedepontano facultatem concedimus sequentia opuscula 1. *Larvam detractam.* 2. *Jus Naturæ & Gentium.* 3. *Diatriben de Methodo Wolffiana.* 4. *Hypodigma de ratione sola Magistratibus præcipue periculosa.* 5. *Disquisitionem libri SPIRITUS LEGUM.* 6. *Præjudicia reprehensa præjudicio majore.* 7. *Regnum rationis hodiernum nihil*

præstare veteri. Ab Adm. R. P. *Anselmo Defing Monasterii
Emsdorffensis Professo* composita excudere, vendere, distrahere,
servatis servandis, possit & valeat. Eidem memoratum privile-
gium eatenus indulgemus, ut Nobis & ipso invitis nemo su-
pradicta opuscula intra S. R. I. fines recudere, aut venum ex-
ponere audeat. In Cujus Rei fidem has præsentis manu pro-
pria subscripsimus, & sigillo officii nostri communivimus In
Monasterio Wessobrunn die 22. April. Anno 1752.



Beda Abbas Wessofon-
tanus: p. t. congregationis
Benedictino-Bavaricæ Præ-
ses Generalis.

CONSPECTUS BREVICULUS HUJUS TRACTATUS,

- N**um. 1. seqq. De regno
rationis multa crepantes,
confuse & indefinite lo-
quantur.
- N. 5. Nimia præsumptio de ho-
dierna ratione quid noceat?
- N. 7. &c. Præstantia rationis non
consistit in pluribus intellectu-
bus brevi tempore eliciendis.
- N. 14. seqq. Præstantia rationis
non consistit in immoratione ad
unum objectum.
- N. 18. seqq. Sed in certitudine
atingendi verum.
- N. 20. Argumentum I. pro Regno
rationis hodierno sumptum à
præcocibus doctis. Diluitur tri-
bus responsionibus.
- N. 25. Argumentum II. quia ho-
die pueri citius maturescunt. Di-
luitur quatuor responsionibus.
- N. 32. Argumentum III. quia ho-
die citius docti fiunt. Diluitur.
Tres responsiones.
- N. 35. Argumentum IV. à metho-
do studendi hodierna faciliore.
Responsiones quinque,
- N. 41. Argumentum V. Hodie
multi plura sciunt ac olim, Re-
sponsiones tres.
- N. 45. Argumentum VI. ultimi
centum anni plus doctrinæ pepe-
rerunt ac multa secula priora.
Imprimis hodie plures scholæ.
Respondetur tripliciter.
- N. 49. Argumentum VII. Hodie
plures scholares? Respondetur
bis.
- N. 52. Argumentum VIII. Hodie
plures libri scribuntur. Respon-
detur negative, & itur per omnes
classes Bibliothecæ.
- N. 57. Num Theologi novi præ
veteribus excolant *rationem*? Ar-
gumentis ad hominem agitur.
- N. 63. &c. Multitudo hodie libro-
rum obest regno rationis.
- N. 66. &c. Argumentum IX. Ho-
die sunt plures docti. Respon-
detur.
- N. 71. An Theologia moderna ve-
teri præstet? Agitur de gentilibus.
- N. 79. Theologia post Christum
natum.

N. 83.

N. 83. Politica Vetus ac moderna.
Ac primo an regnantes hodie ac
olim plus rationis exhibeant?

N. 88. De Administris & Consilia-
riis veteribus ac modernis.

N. 89. De Legislatoribus.

N. 95. De legum mutatione.

N. 96. De administratione Justitiæ
veteri ac hodierna.

N. 101. Oeconomia 103. tributa,
105. mercatus.

N. 110. De belli artibus veteribus
ac modernis.

N. 115. De Mathematica.

N. 120. De Mechanica.

N. 121. Pictoria.

N. 122. Statuaria.

N. 123. Fusoria.

N. 124. Sculptoria.

N. 125. Machinaria.

N. 126. Architectonica.

N. 127. Musica.

N. 128. Ars typorum, horologio-
rum, Calcographiæ. Remissio
ad Alexandrum Taffonum.

N. 130. Idea Spiritus Fortis quæ!

N. 131. Spiritus fortis qui negat
omnia?

N. 133. Canones aliquot de natura
Spiritus fortis & debilis. Ofsen-
ditur Atheos & alios irreligiosos
esse Spiritus debiles.



PRÆ-



P A R S I.

Quid per regnum Rationis intelligatur?
Et quomodo de illo nos tractabimus?

Incipere
à Defini-
tione

1. In omni tractatione,
quod Tullius de Of-
ficiis probe vidit, in-
cipiendum fere est à
finitione, ut quæ qualis-
que ea sit res, de qua Ser-
monem habiturus sis, de-
cernas.

novi ne-
gligunt,

2. Novi quidam Scripto-
res ut alia multa peccant,
ita & hoc negligunt: ut
videantur aut effugiis quæ-

rere locum, si quis forte eos
reprehendat, aut etiam de-
cipere incautos velle.

3. Ita multi hodie *Ratio* nec do-
cent quid sit *Ratio*,
neque definiunt, quid de-
mum aut quæ sit ea ratio
quæ laudant,
sed *rationem* tantum, *ra-
tionem*, ipsam *rationem* in-
geminant. Ex quo fit, ut
quidquid usquam vel febrici-
titan-

A

citan-